

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Clarissimo uiro D.Antonio Musae,pastori ecclesiae Rochlicensis,amico suo  
charissimo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

quibus eius fontis potus nocuit. Mittam illam de-  
scriptionem, quam iam accepi. Nunc mitto exem-  
plum commentarij Epistole Pauli ad Romanos,  
quod uelim à uobis, ut à iudice, legi: et me mone-  
ri, sicuti extra viam curro; sicut istuc interdum in-  
suauiter de uobis iudicatur. Doceri nos malē. Mit-  
to et capita proximae disputationis, cui ut intexer-  
emus aliquid de Mediatore, occasionem præbuit  
contentio Pragensis. Nam Pragæ quidam Canisij  
socij reprehendunt hanc formam: Fili Dei Iesu Chri-  
ste intercede pro nobis apud eternum Patrem. Et  
contendunt, Christum tantum ut Deum datorē bo-  
norum inuocandum esse. At Cyprianus inquit ex-  
presse, pagina 505. O' fili Dei, Domine noster Iesu  
Christe, peto ut petas, ut detur mihi, &c. Inspice lo-  
cum, & quæc plura exempla, & mihi significa-  
to uestra iudicia. Epicedion honestæ matronæ  
coniugis reuerendi D.N. rectè scriptū, curabo his  
diebus edi, Bene uale. Die 23. Maij, Anno 1556.

Clarissimo uiro D. Antonio Musæ, pasto-  
ri Ecclesiæ Rochlicensis, amico  
suo charissimo,

S. D. Gratiam tibi habeo, doctissime et opti-  
me domine Antoni, quod tam amanter significasti  
perpetuan bencuoletiam tuam, et in amicitia con-  
stantia, maximè dignam uiro docto, et in ijs studijs  
uersanti,

uersanti, quæ nos quidem semper coluimus, & que  
reuerâ sunt virtutis studia. Viciſſim autem te à me  
ex animo diligi statues: ac si possem re ipsa decla-  
rare uoluntatem meam, perficerem ut extarent il-  
lustria testimonia. Sed uides temporum difficulta-  
tes. Iacemus uarijs modis nos omnes: quia signa se-  
quuntur, Eritis odio omnibus hominibus propter  
nomen meum. Gaudeo tamen non esse impeditam  
utilitatē tuam uel à Principe, uel ab Episcopo. Pri-  
mū ex tuis literis intellexi, Oſnicensem sine con-  
ſilio Principis & Episcopi à suo amico attrahitum  
eſſe: sed fortassis hoc ipsum tibi prodeſt. nam uix  
eodē loco sine certamine fuiffeſtis. Sed omitto hec.

De his q̄si ad Ecclesiasticum munus admittun-  
tur, querela tua iustissima eſt. querimur idem, ſed  
non iuuamur à potentibus. Mihi in aula etiam ca-  
lumnia insignis ſubeunda fuit, propterea quōd ro-  
gauit ut de ordinatione ratio iniretur, ut doceri  
poſſent qui admittuntur. Monemus, hortamur, eru-  
dimus eos, quantū poſſumus. De quæſione tua  
aliquoties cum Lutherò diſſerui: illi & mihi ui-  
detur ſimpliciſſimè, ut ſonat, articulus intelligen-  
dus eſſe: Christū fuifſe apud inferos, excitaffe mul-  
tos mortuos, & eruditaffe fortassis präſtantes om-  
nium gentium uiros, ut Scipionem, Fabium, & fi-  
miles. tale quiddam intelliſgit Petrus, qui clarè ait:  
Christum apud inferos cōcionatum eſſe. Si hoc pa-  
radokum

radoxum aliquibus uidetur, nihil pugno : tecum  
familiariter disputo, ut tuam quoq; sententiam au-  
diam. Mitto tibi duas amicorum oratiunculas. Be-  
ne et feliciter uale, et rescribe. Dic 12 Martij, 1543.

Reuerendo uiro D. Georgio Buch-  
holzero, amico suo co-  
lendo,

S. D. Reuerende uir. Filii & sunt & erunt mi-  
hi cure. Scripsit mediocre carmen Noha de Ange-  
lis, ad clarissimum uirum dominum Cancellarium.  
Nunc dedi splendidum argumentum de Samarita-  
no. Ero hortator & alteri ad philosophica studia.  
Vtiam Deus seruet his iuuibus Ecclesiā, & me-  
diocres politias. Profectò ingentes motus impen-  
dent, qui erumpent in proximum annum. Deus gu-  
bernet suam cymbam. Imperator Spiram proficiat-  
ur, & opinio est conuentum in urbe Argentina fo-  
re. De pyris ago gratias. Bene uale.

D. Præposito Berlinensi,

S. D. Spero illustrissimi Principis Marchio-  
nis Friderici gubernationem his regionibus saluta-  
rem fore: & ut Deus cum regat, toto pectore eum  
oro. Quia profectò in hac ultima & delira mundi  
senecta, que tam uarias habet confusiones impe-  
riorum, opus est aliquibus principibus bonis, quo-  
rum